UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

41. Sententia lata contra Prælatum, annoceat Capitulo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

QUÆSTIO XLI.

Sententia lata contra Prælatum, an noceat Capitulo?

SUMMARIUM.

1. *Cauſa agitata contra Prælatum, non nocet Capitulo.*
2. *Diſtingue ut nu. 2.*
3. *Iura Eccleſiæ ſunt communia Eccleſiæ, Epiſcopo, ac Capitulo.*

SUnt quibus videtur cauſſam ſubjectionis agitatam contra Prælatum non nocere 1
illius Capitulo. *Fel. cap. edoceri num. 3. de Reſcript. Innoc. cap. fin. ubi DD. de ma-*
jor. & obed. cap. cum Clerici de verb. ſig. Farin. deciſ. 118. part. 1. Lapus alleg. 48. n. 8. Rom.
conſ. 369. nu. 21. Dec. cap. cauſſam quæ nu. 20. verſ. expeditis notabilibus, de Iudiciis. At è
contra ſunt qui exiſtimant non eſſe opus ut Capitulum citetur, hoc nitentes funda-
mento, quod magis principaliter interſit Prælati, ad quem providè magis perti-
net hujuſmodi defenſio, *Bellam. d. cap. fin. Butr. cap. dilecti n. 2. de major. & obed. Abb.*
cap. cum olim de teſtib. quem proinde ad Judicii validitatem ſufficit citare. *Felin. d. c.*
fin. nu. 3. & 4. de major. & obed. Antinomia hæc fœdere hujus diſtinctionis videtur 2
concilianda, nimirum quod aliud eſt Epiſcopum facere aliquem actum, quo amit-
titur libertas Eccleſiæ, & Eccleſia induitur in ſervitutem, & tunc favore libertatis
non amittendæ requiritur conſenſus omnium, & in iſtis terminis loquuntur om-
nia jura in contrarium allegata, & aliud eſt Epiſcopum facere actum quo defendi-
tur libertas Eccleſiæ ut liberetur à ſervitute, in qua reperitur conſtituta, ut hic, ubi
jam ſervitus erat conſtituta per ſubjectionem factam à Papa, à qua Epiſcopus nite-
batur ſe, & Eccleſiam liberare, & hoc caſu favore Eccleſiæ ſolus Epiſcopus, &
quilibet alius admittitur ad vindicandam Eccleſiam à ſervitute. *Io. Andr. in gloſſella*
marginal. in c. cum olim de teſtib. & nu. 12. & hoc ſentiebant. *Zabar. & idem Io. And. &*
Guther. nu. 18. in c. dilecti de major. & obed. dum reprobando rationem Innoc. dicen- 3
tis Capitulum ibi admitti ad appellandum; quia jura Eccleſiæ ſunt communia Epi-
ſcopo, & Capitulo, dicunt rationem eſſe, quia cum ex revocatione Juramenti me-
lioretur Eccleſia, admittitur Capitulum, & quilibet alius de Eccleſia admittitur.
c. & quilibet alius de Eccleſ. qua de re vide fuſius Apoſtillam ad Farinac. d. dec. 118.

QUÆSTIO XLII.

Conſtitutio Papalis, an tollatur per non uſum.

SUMMARIUM.

1. *Conſtitutio Papalis non tollitur per non uſum.*
2. *Etiamſi ſupervenerit contrarius uſus, niſi prævius adſit Papæ aſſenſus.*
3. *Quo aſſenſu ceſſante, contrarius uſus non ſuffragatur.*
4. *Signanter in actibus negativis.*
5. *Scientia Papæ ſufficienter probatur per ſcientiam officialium.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN